

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

CXVI. An omnes calumnia sint resutanda?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

*Conclusio repetitio sit propositionis exceptione limitata seu restricta. Pudeat igitur adversarios sententiae (non enim omnis error stultitia appellanda est) quod negant injuriam propulsandam, seu vim vi repellendam, et si moderatione inculpatæ tutelæ adhibeatur.*

## CXVI.

*An omnes calumnia sint refutanda?*

Distinguitur.

**C**ALUMNIA est, vel innocentem falso criminari, vel bene aut mediocriter dicta in malam partem interpretari, aut falsum etiam iis aspergere & affingere. Quæcum candore pugnant. Ad questionem autem per distinctionem respondeo: Calumniæ sunt vel notoriæ, vel populares & plausibiles, quæ à Græcis vocantur πειθωλογίαι. Notorias seu manifestas, quas ipsa experientia convincit vanitatis & impudentiæ, refutare inanis labor est atq; irridendus. Sic Christus nihil respondit ad convitum Samaritani, Joan. 8. At vero illas, quæ sua specie hominum animos acerrimè commovent, & quadam volupitate impellunt (audire enim calumnias dulce admodum est) quæque nostram professionem deformant, ea refutemus, & quidem modestè, ne cum adversariis petulatia lingue certare videamur. Praetulare enim quidam di-

510 QUESTIONS

xit veterum: Duo sunt tibi necessaria, Conscientia & Fama. Conscientia propter te: Fama propter proximum. Qui conscientiae suae confidens, famam negligit, crudelis est.

*Qui famam neglectui habet, crudelis habetur,  
Tantum sua confitit conscientia.*

CXVII.

*An sit semper conjunctum cum injustitia: exigere de aliquo paenam alieni crimini?*

Negatur.

T A N T A nonnunquam sceleris admissa est gravitas, enormitas & execratio, ut non sit absurdum & iniquum exigi ejus paenam ab eo, in quod scelus istud non cadit. Si quis cum jumento (quod ratione destitutum est) coeat, non solum qui hoc facinus detestandum perpetravit, sed ipsum quoque jumentum igni traditur: Levit. 20. Iohuæ 7. non solum Achan punitur, sed & liberi & boves ejus igni subjiciuntur. Genes. 3. Deus serpenti, qui ut instrumento abusus est Satan ad hominem in peccatum deimerendum & perdidendum, paenam infligit execrationis. Sic pater gladium, quo filius occisus est, execrationi habet. Sicut enim recte amat, & in honore habetur felicitatis alicujus organa, cui cuimodo illa sint: ita recte exitii instrumenta, quæcumque illa sint, una cum authore, id est, principe agente